

DISSERTATIO ACADEMICA,
THRENOS JEREMIÆ LATINE VERSOS
NOTISQUE EXPLICATOS,

SISTENS,

CUJUS PARTEM X: MAM,

CONSENSU AMPLISS. FAC. PHILOS. IN ACAD. AB-

PRÆSIDE

JOH. HENRICO FATTENBORG,
Litterat. Orient. Prof. Ord.

PRO GRADU PHILOSOPHICO,

PUBLICE VENTILANDAM PROPONIT

GABRIEL REIN,
Stipend. Publ., Wiburgensis.

In Auditorio Medico, die XXI Junii MDCCCLXIII,
horis 2. m. consuetis.

ABOÆ, TYPIS FRENCKELLIANIS.

СИНИЦА СТАНОВИ
ЧУДОВИЩЕ ВЪЛКА СЪВЪРШИ
СЪСЪДЪ ЗАХОДЪ

СЪСЪДЪ ЗАХОДЪ
СЪСЪДЪ ЗАХОДЪ

Threnorum Cap. III:um.

Ut in duobus prioribus Elegiis urbis Hierosolymæ expugnationem, totiusque Republicæ Judaicæ eversionem lugubri cantu defleverat Jeremias, ita etiam eandem materiam, ægritudinis & mortitiae plenam, ulterius quidem in hac lamentatione persequitur, at paulo diversam ingressus rationem. Primum enim tertium carmen hoc modo a prioribus differt, ut, quamquam Prophetæ ante oculos semper obversetur dura dejectissimæ patriæ fors, quod antea in universum ita luxerat, ut ad totam civitatem pertineret, id tamen omne nunc ex more, Hebræis vatibus solenni, singulorum hominum sub personis, fata urbium, regionum civitatumque adumbrandi, proprius ad se, & quas diræ fortunæ subierat vicissitudines, referre, videatur. Neque id mirum. Nam cum a decimo tertio Regis Josiæ imperii anno usque ad captivitatem Zedechiæ, quadraginta circiter annis, & postea quoque inter omne tempus, quo Babylonici Tyranni venia & favore in patria relictus cum milieris popularibus versaretur, prudentem imperterritumque illorum ducem monitoremque egisset, inquisimæ tamen insectationes, catenæ, vincula, imo præsentissima vitæ pericula ei in præmiorum locum obvenerant ^{*)}. Quibus incommodis id accesserat, quod quo certius mens, futuri præcia, toti civitati impendentia ei prælagiret mala, eo etiam acris fortiusque animum, privatis injuriis saucium, hæc eadem publica pungerent infortunia & excruciant. Deinde id singulare, quo a prima & secunda Elegiis distinguitur, hæc habet lamentatio, quod in hac non civium infortunia & reipublicæ calam, sine ulla restitutionis spe, solummodo, ut in illis

^{*)} Quibus de rebus, quæ ab ipso narrantur, legi possunt in Vaticiniorum Capp. XI, XII, XV, XVIII, XX, XXI, XXII, XXVI, XXVII, XXXVIII.

factum est, lugeat Vates, sed, licet ab initio hujus carminis
 ad vers. 20:um atris coloribus graves easdem depingat miserias,
 tamen mox labores civium mœtorum & desideria solari
 incipiat, dicens: salutis & pristinæ felicitatis recuperandæ spem
 in uno Jehova unice esse ponendam, v. 21 — 26: advertam
 fortunam sua quoque secum hominibus afferre commoda, illis-
 que nihil mali in se accidere Deo, igiturque omnia, si vel
 gravissima sint, infortunia, æquo animo & patienter esse fe-
 renda, 27 — 39: omnes omnino cives, si mores suos perscrutari
 vellent, facile fore reperturos, se gravissima, quod sin-
 cera mente agnoscere deberent, commississe delicta, ipsumque
 adeo Jehovam, omni ignoscendi causa sublata, contumaci &
 refractario populo parcere non potuisse, sed iratum, totam
 terram illiusque incolas superborum hostium tradidisse potestati,
 v. 40 — 54: tandemque ad eandem auxiliū Divini, quam vers. 21: mo-
 janjam concitare studuerat, exspectationem recurrens, precibus
 ad Deum fuis, id fore sperat, ut, qui tot & tanta ipsi Vati
 popularibusque illius inflixerant vulnera hostes, victoria elati
 & petulantes, iidem olim gravioribus etiam cladibus obruti,
 ne vestigia quidem sui essent sub cœlo relicturi, v. 55 ad fin. —
 De cetero, quod ad structuram verlum in hoc Threno atti-
 net, ordo quoque illorum alphabeticus est, sed ita tamen con-
 formatus, ut cum tribus strophis, quarum tantummodo prima
 ordinem alphabeti servat, contineantur ambæ priores Elegiæ,
 hujus singuli tres in sequentes versiculi eodem litterarum ele-
 mento incipientur.

v. 1. Ego, si quis alias, miseriam, virga iræ Ejus
inflictam, vidi. 1)

I 2

v. 2.

1) אַנְּגָבֵר SYRUS exposuit אַנְּגָבֵר, רָאָה in
imperandi modo ponens, &, sequente VULG., pronomen
1:æ pers. voci עֲבֵד affigens, unde hic oritur hujus versi-
culi sensus: *Deus potentissime! intuere miseriam meam*, &c.
At cum ceteri veteres Intt. cum vulgari, quem sine omni
lectionis varietate habemus, textu conspirent, nihil SYRI
auctoritate mutandum est; quemadmodum etiam probabili-
lius videtur, hanc explicationem vitio scriptionis, quod
in textum Syriacum irrepsit, לְ scil. pro לְ, ortum
suum debere, quam SYRUM re vera in suo exemplari
לְ גָבֵר legisce. Cfr. JOH. FRID. SCHLEUSNERI curæ critt.
Exegett. in Thren. Jeremiæ, Parti XII:mæ Repert. für
bibl. und morgenl. Litterat. Leipz. 1782, insertæ.

רָאָה quidem cum vocabulis, boni aut malii quid innuen-
tibus, junctum, hujus aut illius *participem fieri, experiri,*
sentire, persæpe significare vix negamus; sed nihil quoque
obstat, quominus hoc loco *videndi* notionem retineamus,
utpote quæ maiorem vim toti dictioni addat. Durum ete-
niam est patriæ *sentire* mala, sed omnium certe gravissi-
mum, rapinas illius, incendia & ruinas suis videre oculis.
De cetero ante רָאָה intelligi quidem potest, quod
haud raro omitti solet, pronom. rel. רַשְׁנָה; sed neque id
omnino necessarium. Brevioribus enim membris con-
ciso sermone, quod lamentantem decet, utitur vates.

עֲבָרָחוֹ, in quo suffixum, pro usitatisimo Hebræo-
rum vatum, pronomina, loco substantivorum, a contexta
orationis serie restituendorum, adhibendi more, ad Jeho-
vam referendum est, Alexandrini habent ἐπ' ἐμὲ; quod

v. 2. Me abduxit & in tenebras, non in lucem, abire fecit. 2)

v. 3. Utique in me iterum iterumque quotidie verit manum suam. 3)

v. 4.

explicationis tantummodo causa additum est, nec יְלֻעַ, ab initio scriptum, e textu postea excidisse putandum.

2) כה ג LXX hoc loco, quemadmodum *II Chron. XXV*, ii & *Cant VIII*, 2, παρελαμβάνειν explicarunt; neque autores pure græci ducendi significatum, qui in כה ג regnat, suo verbo denegant, v. c. *LUCIAN. Tox.* p. 27, παρελαμβάνειν εἰς ὄντας, ducere domum, & in *Sypos.* p. 860, παρελαμβάνειν ἐπὶ τὴν θυσίαν, ducere ad convivium sacrificale. Cir. *JOH. CHRISTI. BIEL nov. Thesaur. philolog. Hagae Com.* 1780, in voce παρελαμβάνειν. Personam vero, quæ in hoc verbo, ut in sequeatisbus בָּהֶה, יְהִפְךּ, בְּנֵה, cet. ineft, ad Jehovahm pertinere, sole clarius est.

אָוֹר Cel. *JOH. AUG. DATHIUS*, in *Vers. prophett. majorum, Hale 1785*, *incedere me fecit in tenebris, non in luce*, interpretatus est, hanc dictiōnē forſitan cum notissima, "הַלְךְ בְּעַצְחָה" in consilio alicujus versari, comparans. Cum autem præcedens verbum גַּדֵּן, quod motus ad locum vi pollet, fese quoque ad תְּשַׁחַד & אָוֹר referat, & הַלְךְ, licet in simili constructione cum לְ, aut הַנְּ coniunctum legatur, etiam nude, sine ulla particulae adjunctione, reperiatur, ut v. c. i *Reg. XIV*, 2, וְהַלְכָת שְׁלָה, i. e. in Siluntem abeas, neque hoc loco verba, de quibus quæritur, *in tenebras & non in lucem abire*, explicare dubitavimus.

3) שָׁוב hoc loco, ut centies, cum alio verbo finito constructum, vim adverbii, iterum, denuo significantis, sibi

v. 4. Contrivit carnem cutemque meam, osfa mea
fregit. 4)

v. 5.

induit; quare etiam non absone, יְרַדֵּב, reddidit VULGATUS: *vertit & convertit manum suam in me*. Quum vero יְרַדֵּב הַפָּקֵד, propr. *vertere manum suam*, nonnunquam simpliciter *verti*, *convertere se*, *reverti* significet (cfr. I Reg. XXII, 34, dixitque (Achab) aurigæ suo, יְרַדֵּב הַפָּקֵד, *revertere & educ me e castris - e prælio - coll.* II Reg. IX, 23, II Chron. XVIII, 35), qui יְרַדֵּב נָא, utique *reversus est & contra me se convertit*, interpretari velit, non omni destitutus est fundamento.

4) בָּלְהָ omnes Veteres, excepto SYRO, qui חִתָּה, amputavit, consumit, habet, interpretati sunt, *vetustam reddidit*, scil. carnem cutemque meam, illisque haud pauci recentiorum adstipulantur, quos inter & WILH. GESENIUS, in *Hebr. Deutsch. Handwörterb.* Leipz. 1810. Sed si quid parallelismi vis ad verborum significatus stabiliendos valeat, huic radici multo aptius hoc loco adjicitur *atterendi* potestas. Primum enim verbo שָׁבֵן respondeat בָּלְהָ, & deinde, quamquam ex Hebraici sermonis usu difficilius probari possit, בָּלְהָ ab initio *terendi* significatione donatum fuisse, vix tamen de hac re dubitandi relinquitur locus, si Arabicam, Syriacam & Chaldaicam dialectos in auxilium vocemus, ubi reperiuntur بَلْيٰ trita fuit, pec. vestis, in Il:da, ut Syr. حَكَ in Pah. attrivit, & Chald. حَلَبَ, detritus fuit, unde oritur حَلَبَ, vestes tritæ & laceræ. Cfr. EDM. CASTELLI Lex. H-ptagl., JOH. BUXTORFI Lex. Chald. Talmud. & Rabbin. & ALB. SCHULTENSIUS, in *notis ad Harir. Confes.* Il:dum p. 47. *Corrugari* (*zusammenrunzeln*) verbum nostrum interpretatus est Ill. JOH. DAV. MICHAËLIS, in *Vers. V. T. Teutonica*, magis

v. 5. Me circumstruxit, amaritudine & ærumna circumdedit. 5)

v. 6.

forte ex vetera*scendi* notione exsculptum, quam argumentis etymologicis firmatum.

5) In hoc versu, Interpretum ingenii sententiarumque distractiis valde vexato, explicando, tutius nobis visum est, tum verba, ut nunc leguntur, textus presse sequi, tum etiam significations illorum, frequentiori sermonis Hebraici usu confirmatas, exacte servare, quam, aut ad propositas textus mutationes, nulla fere veterum codicium auctoritate munitas, aut ad incertas ipsarum vocum origines, vagasque earundem, e cognatarum tantummodo dialectorum penu deponitas, notiones confugere; quamquam vix contendere audemus, omnia hac ratione ita extricata fore & explanata, ut nihil, quod contradicatur, relictum sit.

בְּנֵה, quod in universum *ædificandi* vim obtinet, hoc loco, imagine a rebus bellicis sumta, de vallo, quod in obſidionibus circum urbes munitas ab hostibus erigi solet, exſtruendo peculiariter dicitur; qua similitudine significatur, Hierosolymam totamque Judæam, quarum personas ipſe sustinet vates, ita ab hostibus esse circumſepatas, ut incolis nulla evadendi reliqua eslet occasio. Reſte igitur CHALDEUS, Hebraicum בְּנֵה explicavit כָּרְכֹתִין, i. e. *ædificavit munitiones*, l. *machinas bellicas*; & quod ad constructionem vimque particulae לְעַד attinet, in simile re, *circumcirea* notans, cum verbo גָּדוֹר jungitur, Ezech. XIII, 5, וְאֶל יִשְׂרָאֵל גָּדוֹר עַל, i. e. *maceriem exſtruxerunt circa Israelem*. Quare nec ipſi MICHAËLIS, in Obsf. phill. & Critt. in Jerem. Vat. & Thren. Götting. 1793, p. 423, aslentiri possumus, cui, ut ipſe fatetur,

alia Alexandrinæ Versionis lectio, quæ in ORIGENIS *Hexaplis* existat, & post ανωκοδόμησε κατ' ἐμὲ, verba ἐν μαρμάρῳ addit, ita placet, ut vocula וְנָר deleta, וַיֵּשׁ in illius locum substituat, vertatque: ἀδισκavit circum me οὐ circumvallavit me marmore; quod si non admittatur, vitium esse in scriptione τοῦ בְּנֵה luspicatur. Sed cum nihil in textu Hebræo, uti nunc est, quod verbis ἐν μαρμάρῳ respondeat, reperiatur, nec illud in Hexaplis additamentum agnoscant aut ARABS, aut THEODORETUS, lubentur accedimus S. R. JOH. CHRISTOPH. DOEDERLEINIO, qui ἐν μαρμάρῳ ad versum 9:um, ubi desunt ḥæc voces, at cuius בְּנֵי manifeste exprimunt, amandat. Cfr. JOH. FRID. SCHLEUSNERUS l. c.

ἅπι omnes Veteres circumdare, circumvallare interpretati sunt, atque in illa explicatione stare non dubitamus, quamquam recentiores quidam, quos inter est JOH. AUG. DATHIUS, in *Prophett. majoribus, Halæ 1785*, duce JOH. ALB. SCHULTENSIO in *Origg. Tom. I. p. 329 sqq.*, nostrum ḥapi ab Arab. فَلْقُ derivante, ei caput perfringrendi notionem adjucarunt. Quid autem ad lexicographicam hujus verbi rationem attinet, quo confusio vocabulorum impediatur, id observatum volumus, verba ḥapi, ut forte etiam ḥip, & ḥip̄ ita distingvenda esse, ut illis circumdandi, huic autem percutiendi vis adjiciatur. Quamquam enim horum verborum formæ inter se invicem mixtæ sint, qua simili societate nihil in omnibus fere linguis usitatius est, attamen nobis ratio valde placet JOH. CHRISTOPH. FRID. SCHULZII (in *Lex. Sermon. Hebr. οὐ Chald.* post JOH. COCCETI curas, Lips. 1793), qui, cum verbo ḥip̄, ut ipse quoque GESENIUS l. c., ambo ḥæc jungens verba, testatur, nonnisi duobus Hebraici Codicis locis, Jes. X, 34, & Job. XIX, 26, de qua tamen re nunc non est disquirendum, percutiendi potestas competit, illud a ḥapi

divellit, cui hoc loco, ut etiam GESENIUS suo נָסַע, circumdandi significatum tribuit. *Percutiendi* autem vim heic inconcinnam esse, vel ex ipsius DATHII explicazione facile intelligi potest. Cum enim videret Vir Cel., וְתַלְאָה haud ita bene, ac שָׁרֵן, ad יִקְרָא referri posse, illud ab hoc verbo distraxit, & vocula יְיַד addita, aut subintellecta, יְיַד diversum constituere comma jubens, verit, *lasitudo mihi est*, i. h. e. *fatisco*, aut *fessus procumbo*. Sed tali opus non est supplemento, modo ut יְיַד quoque ad יִקְרָא referatur, quo facto atque שָׁרֵן & וְתַלְאָה in accusativo positis, omnia cum grammaticis rationibus optimè convenient.

שָׁרֵן, etiam רֹשׁ saepe scriptum, herbam aliquam esse, e Deuteron. XXIX, 18, XXX, 32, & Hos. X, 4, ubi e radice succrescere, uvas ferre & in fulcis progerminare agri dicitur, clarum sit, eamque venenatam quoque esse, eque manifestum facit Deuteron. XXXII, 33, quo loco *venenum serpentum*, חַנִּים ראש appellatur; an autem *Cicutae* sit, vel *Lolium temulentum*, vel *Cucumis colocynthis*, vel alia quædam venenifera planta, de ea re disputant Interpretes, & adhuc sub judice lis esse videtur. Qui vero varias hac de re cognoscere virorum doctorum sententias cupiat, OL. CELSII Hierobot. T. II. p. 46, seqq., J. D. MICHAËLIS Suppl. ad Lexx. Hebr. p. 2220, seqq., & SAM. OEDMANNI *Frödde Samlingar i Naturkunnigheten till den Hel. Skrifts upplysning*, Fl. IV, p. 71, seqq., adeat. Nobis nunc, cum רֹשׁ voci תְּלִילָה adnexum sit, pro nostro consilio scire sufficit, injuncti quid in hujus vocabuli inesse notione, quod vel ex frequenti illius cum vocibus *res amaras* significantibus conjunctione, quales sunt γάρ, acetum, Ps. LXIX, 22, & potissimum לְעַכָּה, absinthium, Deuteron. XXIX, 18, Jerem. IX, 14, Amos. VI, 12, & hujus Threni vers. 19:no, ubi etiam מְוִירִי adjectum est;

quare etiam VULG. & SYR. heic, & iidem, aliquae veterum Intt. aliis locis vocem nostram *fellem* expoluerunt, & Cel. OEDMANNUS, l. c. p. 75, dicit: שָׁר וְתַלְעַנְהָר förente, hafva så *iklädt* sig begrepp af bitterhet och *vedermöda*, att de *flundom icke tillåta en bokslafuelig öfversättning*. Quæ cum ita sint, facile etiam intelligi potest, cur in versione *amaritudinem* posuerimus. Cum enim שָׁר in texu respondeat, non plantæ cuidam venenatæ, aut amaræ, sed *תַּלְעַנְהָר* desatigationem significanti, nec cum JOH. GOTTER. BOERMELIO, qui in libello, *Jeremias Klagegesänge*, Weim. 1781, sine ulla aut Codicum, aut Veterum Interpretum auctoritate, pro *תַּלְעַנְהָר* legere proposuit *תַּלְעַנְהָר*, facere possumus, aliud tantummodo vocabulum, veram rem h. l. exponens, sed ad notionem *תַּשְׁחִלָּת* accommodatus, elegimus, quod idem a Cel. OEDMANNO, l. c. p. 75, factum est, vertente: *Du kringgärdar mig med nöd och jämmer.* — Postremo, quamquam non omnino negare volumus, duri aliquid inesse in dictione, *cingere quem cicuta & lasitudine*, illorum tamen Interpretum rationes probare vix possumus, qui voci שָׁר *capitis* notionem tribuant. Praiverunt hac in interpretatione LXX, qui habent καὶ ἐκύλωσε κεφαλὴν με, & ARABS eadem exhibens verba; quippe quoniam illis semper necesse est, textui aut aliquid addere, ut a DATHIO factum esse vidimus, aut mutatione vocum vim illi inferre; quod posterius in *תַּלְעַנְהָר* explicando quoque fecerunt Alexandrini, qui illud, καὶ εμόχθησεν vertentes, *תַּלְעַנְהָר*, aut si rectior est Editionis Complut. lectio, καὶ ἐμόχθησε, *תַּלְעַנְהָר*, s. *תַּלְעַנְהָר* legisse videntur (cfr. III. MICHAËLIS & SCHLEUSNER. II. ctt.), defensorem naati magni nominis virum, JOH. GOTTER. HERDERUM (in *Præfat. ad Bærmelii libellum*), versiculum nostrum, pro more suo, eleganter interpretantem: *Er baute über mir, rings um mein Haupt, und ließ mich*

v. 6. In densissimas tenebras, ut dudum mortuos me
abduxit. 6)

v. 7.

schwer arbeiten, hac adjecta notula: *Wie kann ein niedriges Gefängniß, wo kaum der Körper Raum hat, wo der Kopf sich nicht aufrichten kann, besser angezeigt werden?* Minime vero audiendus est ARABS, qui cum exacte Alexandrinorum καὶ ἐμόχθησεν explicaverit **وَأَنْتَ بِي**, i. e. *fatigavit me*, mox addit **فِي الْمَطْلَعَاتِ**, h. e. *in tenebris locis*, quod manifeste e versu sequenti hoc retractum est, ubi מחרשכים ejusdem vocis Arabicæ repetitione interpretatur.

6) מחרשכים BOERMEL interpretatur *carcerem*, forsitan quia, ut etiam HERDER. l. c. clarius dixit, totam imaginem, a verlu 5:to ad 8:um, ex homine vinculis tradito & compedibus constricto petitam esse putavit. Sed quum Hebreis Vatibus nihil frequentius sit, quam ut dictiōnibus, macerie circumsepire aliquem, viamque illius vallo obstruere, id exprimant, quod nos multo simplicius phrasibus afficere aliquem calamitatibus, affligere & opprimere significatum volumus, quemadmodum etiam iidem auctores vel centies caliginem, tenebras, foveam, sepulchrum, ipsamque mortem ad quæcunque infortuniorum genera indicanda adhibent, etiam hoc loco מחרשכים, nec carceri, nec alii speciali cuidam rei adversæ restrictum esse, sed in universum, quæ demum cunque sint, mala exprimere putamus, quo eodem sensu vocabulum hoc, Ps. LXXXVIII, 7, cum בָּרְךָתִּים מצלות & בָּרְךָתִּים conjungitur. Cfr. quoque Ps. LXXIV, 20, ubi מחרשכין-ארץ de opacissimis regionis locis dicuntur.

v. 7. Macerie me circumsepsit, ut egredi non possim,
gravesque mihi æneas imposuit catenas. 7)

K 2

v. 8.

מָלֵשׁ, sine ulla præfixa particula, quoniam tum de præterito tempore, *Deuteron. XXXVIII, 15, Malach. III, 4,* tum de futuro, *Genes IX, 16, Deuteron. XV, 17,* dicitur, ambiguitas dictionis heic manifesta est, quam nec linguae ulus, nec Veterum ἀιών, aut seculum explicare valent. Sed cujuscunque elegeris temporis rationem, idem semper exsistit lensus.

7) "נָרַד duplici, eoque fere contrario, sensu adhibere solent Auctores Hebræorum; nam aut curam alicujus agere, defendere, *Ezech. III, 15, Amos. IX, 11,* aut claudere, conclusum tenere, spemque salutis adimere, *Job. XIX, 8, Hos. II, 8,* diversis significat locis; quinam vero singulis sit adhibendus, contextus satis docet, ut etiam idem heic, dictionem, נָרַד בְּעִיר, in malam partem intelligendam esse jubet. נָרַד חֲשֹׁבָה LXX, inconcinnius reddiderunt, ἐβαρεῖν χαλκόν μετά, & ARABS نَفْل عَلَى, i. e. grave pondus mihi imposuit; sed vix dubium est, quin illi suo χαλκῷ & pondere, ut ceteri Veteres, compedes intellexerint, quam vim verissime comprobant *Jud. XV, 21, & II. Sam. III, 34.* Unde vero SYMMACHUS, quem sequitur THEODORETUS, suam sumserit versionem, ἐβαρεῖν τὸν ζυγόν τὰς τραχίας μετά, & quam levi mutatione citat ORIGINES, pro ζυγόν ponens χαλκόν, vix ac ne vix quidem dici potest. Cfr. SCHLEUSNER. l. c. Utrum vero sensum qualitercumque expresserint, an aliter, ac nunc in textu scriptum esset, legerint, quis definire valet?

v. 8. Etiam si vociferatus sim & clamaverim, occlusit
preces meas. 8).

v. 9.

8) מִשׁ varie explicarunt, tum veteres, tum recentiores
Intt. Habent, ARABS. صَرَفْ, i. e. avertit, VUL. exclusit,
SYR. حَمَّلَ, i. e. non exaudivit, & periphrastice,
ut solet, CHALD. totam sententiam interpretatur: clausit
domum precationis meæ. Inter recentiores autem, quorum
alii prohibendi, alii spernendi verbis sensum magis, quam
genuinam radicis vim expresserunt, longius ab He-
braicæ linguae usu recesit Ill. MICHAËLIS, l. c., Arab.
شَنَمْ, contumelia afficit, in auxilium ita vocans, ut in
versione Germanica, "Er spottet meines Flehens", ponere
non dubitaverit. At quam minus commodam Alexandri-
norum judicavit Ill. MICHAËLIS interpretationem, ἀπέφεγε
τὴν προσευχὴν μη, ut exacte primigeniam vim verbi Hebr.
exprimit, ita etiam eandem omnium verissimam, & ad
ea, quæ præcesserunt & proxime insequuntur, accommo-
datisimam esse putamus. Figurata utens oratione, se
undique ita circumseptum circumvallatumque esse queri-
tur propheta, ut evadendi omnis ei plane ademta sit occa-
sio & spes. Sed licet id durum esse innuat, se altos transfi-
lire non posse muros, ut omnium tamen aspergium luget,
illorum tantam esse latitudinem altitudinemque, ut lugubres
quirantis & auxilia implorantis clamores precesque vix
illam penetrare valeant. Quia explicatione admissa, hoc
loco idem fit, quod potissimum in antiquioribus auctori-
bus explicandis sèpissime obvenire solet, ut, quo pressius
sequamur primigenias vocum significations, eo etiam
propius ad veritatem accedamus. Neque longe ab ista,
quam nunc dedimus explicatione, absfuit BOERMEL. l. c.,
cum vesterit, mein Flehen drang nicht hinauf, scil. ad cœ-

v. 9. Cæso lapide viam sepsit meam, semitas retor-
sit meas. 9)

v. 10.

lum, ad Jehovam; cum longiori circumductione usus sit
HERDER: (*wenn ich schreie*), so hält rings zurück mein
Laut.

9) וְנַיְלָהּ non frusta, nec simpliciter pro lapide posuit Vates.
Soliditatem roburque muri, quo se circumseptum queri-
tur, id maniste indicat, quod *cæsis lapidibus*, qui proprius
aptari & firmius coagmentari posunt, quam qui scabri
sunt & angulosi, exstructus dicatur. Qua vero ratione
SCHLEUSNER. l. c. dixerit, SYRUM non male וְנַיְלָהּ per
~~לִבְנָה~~, *spinam*, transtulisse, haud facile intelligitur.
Licet enim de *sepe viva e spinis erigenda* quoque adhibi-
beri posse נַיְלָהּ concederemus, qua tamen de re valde
dubitamus, cum e lapidibus exstrui saepius dicatur נַיְלָהּ,
ab hoc loco tamen valde aliena est *spinæ* notio, quæ
nunquam τε νοίηται, a νοή cecidit, tribui potest. Erasle
SYRUM, dixit Ill. MICHAËLIS, in *Suppl. p. 270*, atque ita
certe se res habet. Neque hoc loco prætereundum est,
primum id, quod ad vers. 5:um jamjam adnotavimus,
בְּגִוִּית a LXX & ARABE omnino esse omisum, atque
vocabula ἐν μαρμάρῳ 5:to versui, ex Hexaplis Origenianis,
inserta, huc esse transferenda; & deinde, eosdem Auctores,
in versibus 9:no & 10:mo interpretandis, longius a textu
Hebræo recessisse. Habent enim, LXX, v. 9. ἀνθο-
δόμησεν ὁδὸς με, ἐνθραξε τριβος με, ἐτραχεζεν, v. 10.
Ἄρχως ἐνθρεύσαται &c.; quibus e verbis videre licet, ἐν-
θραξε, e proxime præcedentis versiculi ἀπέθραξε effi-
ctum, huc sine causa esse translatum; & ARABS, v. 9.
الذِّي أَنْلَقَ سُبْلَيْ. v. 10. بَنَى وَسَطَ طَرْبِقَيْ.

v. 10. Ut ursus mihi insidiatus est, ut leo in lustris. 10.

V. II.

i. e. struxit & occlusit viam meam; Ursus perturbavit semitas meas; unde intelligere est, ἐνθραξε etiam ab ARABE esse servatum, addita tamen copula , quæ, si placet, ε αὐτῷ ante verbum Græcum supplenda est. Postremo monendum quoque est, versuum distinctionem, quæ alia est apud Arabem, ac in Alexandrinorum versione, ex illa tamen, majori interpunctionis signo inter ἐνθραξε & τείβες polito, Arabem sibi facile exculpere potuisse, quamquam hoc modo verborum Hebræi textus ordinem sensumque omnino turbavit & corrupit.

טַבְעָה exposuerunt Veteres turbare, subvertere, obliquare & pervertere, & e recentioribus, DATHUS, l. c. tortuosum reddere, SCHULZ, in Lex. cit. depravare, III. MICHAELIS, in Vers. Germ., ungangbar machen, quorum omnium verborum significaciones, aliae nunquam verbo Hebraico competunt (quod etiam valet de lubricum reddendi potestati, quam verbo huicce tribuit EL. KJERSEEN, in Dissert. in Threnos Jerem. Ups. 1804), aliae autem veram illius vim, huic scil. loco aptam, vix exprimunt. Sed si ad id, quod in notula 8;a dictum est, & ad originariam, quæ in verbo טַבְעָה inest, torquendi notionem regrediamur, forte hic nodus solvi potest. Dixit nimurum Vates, se ab omnibus partibus mundo & macte se circumseptum, omnesque semitas, per quas se hostium surripere posset furori, bene claulas & obturatas; at currit tamen, exitum querens, donec tandem, in circulum quasi aëtus, ad eundem, unde exiit, locum recurrat, atque id ipsum est, quod dictione כְּחִיבּוֹתִי, i. e., vias meas retrorsit (Jehova), significare voluit Jeremias.

10) אֲרֵיךְ Masorethæ & XXX Codd. KENNICOTTI legere jubent אֲרֵיךְ; quod tamen, cum ambæ hæ formæ, leonem significantes, in Hebraismo frequententur, nullius certe est momenti.